

Vg  
5688





QK. 190.

III, 709.

Qk. 190.

47 B. C. D.



**B. LUTHERUS**  
**OPTIMUS IN-**

**TERPRES,**

**DISSERTATIONE PHILOLOGICA**  
**exhibitus**

à

**PRÆSIDE**

**M. NICOL. PANECIO,**

**Facult. Phil. Adjuncto,**

**ET**

**RESPONDENTE**

**GOTHOFREDO HAPPIO,**

**Vinar. Thuring.**

*In Auditorio Majori,*

*Ad diem XXI. Decembris, An. MDCXCV.*

---


*WITTENBERGÆ,*

*Prælo CHRISTIANI KREUSIGII, Acad. Typ.*

K. 190. Q.

1430.







Ompta satis & elegans est sententia R. Jose fi-  
 lli Joezer Viri Zereda, quæ exhibetur in פרקי אבות  
 capitulo. i. שותה הוי בצמא את דבריהם *bibe cum siti*  
*verba eorum* scil. *sapientum*, quæ studium & sedula  
 cum sapientibus conversatio, ut & ardor discendi non ultimus  
 excitatur. Nam quemadmodum sitiens, majori cum appetitu,  
 & pæne dixerim, avarè aquas vel potum haurit, & non statim ad  
 satietatem impletur: sic quoque ille, qui doctrinam eruditionem-  
 que sitit, cupidè & avarè verba doctorum excipit, eaque rumi-  
 nando in succum & sanguinem convertit. Intelligit autem mo-  
 dò laudatus Rabbi, non tam verba Sapientum, quàm etiam scripta  
 eorum, quæ utrinque palatum doctrinas accuratiores appeten-  
 tem afficiunt. Quod si verò scripta quædam Scripturas discendi  
 cupidos recreant & alliciunt, totosque sibi mancipant, sunt pro-  
 fectò Philologica, quæ genuinum verbi divini sensum exhibent,  
 lectoresque ad scrutinium ulterius excitant, stimulantque. Est  
 hoc profectò singulare Dei beneficium, quod seculo præsentì  
 & jam labenti nobis exhibuit: notitiam lingvarum sacrarum flo-  
 rere, & ubivis uberius exponi atque doceri, quo cimelio ante tem-  
 pora Lutheri, studiosa juvenus destituta fuit. In prima  
 Ecclesiæ N. T. ætate peculiare hoc fuit Spiritus Sancti χάρισμα,  
 varias noscere lingvas, easque interpretari, ut gentium Apostolus  
 testatur 1. Cor. 12. v. 10. inqviens: *ἐπίρω δὲ γίνεαι γλωσσῶν, ἀλλὰ δὲ*  
*ἐρμηνεία γλωσσῶν*, ad quæ verba hæc annotavit Hacksplan in præf.  
 Not. Philolog. V. T. duobus scil. nominibus insigniri interpretatio-  
 nem, 1. תרגום 2. פתרון, quæ tamen per omnia non coincidunt,  
 sed quodammodo distingvuntur: Prius est à rad. תרגם quod  
 propriè, chaldaicè interpretatus est, significat, nonnunquam ta-  
 men sumitur generaliter, & ità de quacunque versione textus in  
 aliam lingvam usurpatur, sic apud Arabes ترجم interpretat-  
 us fuit alià lingvâ, significat, quæ vox eodem prorsus sensu oc-  
 currit in Evang. Persico Matt. i. v. 24. פתרון, verò ad sensus quos-  
 dam reconditos divertens, est solutio difficultatis, quæ quod sub  
 verbis, quæ perspicua esse possunt, latet, eruitur. Hinc in loco  
 c. Pauli *γίνεαι γλωσσῶν* idem est ac תרגום *ἐρμηνεία δὲ γλωσσῶν* est  
 פתרון s. solutio & interpretatio sensus reconditi. Syrus adhi-

bet vocem **תרגום** quæ idem est ac interpretatio, Arabs vero vocabulum istud generale, quod quamcunque interpretationem denotat scil. **ترجمة**. Ac proinde Numini immortalis donum interpretandi, & in aliam linguam transferendi, adscribendum est. Et quamvis hodie, **χαρισματα** illa eò modo quò istis in primitiva Ecclesia gaudebant, apud nos ubi adulta est Ecclesia, non sint, id est immediatò afflatu Spiritus S. adsunt tamen alio: Ibi fuerunt habitus à Spiritu S. immediatè infusus, hìc sunt habitus crebrioribus actionibus acquisitus. Interim tamen magis in uno eminent quàm in altero, & Deus adhuc quosdam accuratiori iudicio Scripturas interpretandi instruit, quam alios. Tandem id profectò cum omnibus **γρηγορίου** Lutheranis fatendum est, B. Lutherum præ cæteris dono hoc ditatum fuisse, cuius Versio Germanica, ad unam omnes superat versiones, ejus Commentarii sunt optimi Commentarii, quod vel unicus ille, & sane aureus in Genesin luculenter satis testatur. Habuit Heros Beatissimus & **תרגום** & **פתרון**. qui non tantum textum authenticum in aliam linguam benè transferre; sed & absconditos sensus eruere poterat. Quæ propter animus est præsentis operæ, id vel paucioribus tantum lineis adumbrare, quod omninò Optimi Interpretis nomine & omne gaudeat. Duobus autem id exhibebimus capitibus. Quorum primum in genere aget de requisitis Optimi Interpretis; Secundum exemplis ex Commentariis & Versione B. Lutheri de promptis idem confirmabit. Deus annuat cœptis.

## GAPUT I.

### *De Requisitis Optimi Interpretis.*

#### Thef. I.

**D**E nomine, non opus erit ut adeò sumus solliciti, modò res ipsa accuratè sibi constet, ne quid tamen omisisse videamur, paucis id quod ad rem facit delibabimus. Interpres propriè idem est ac Conciliator, seu medius in aliqua re agenda, quò sensu occurrit apud Virgilium Lib. 4. *Æneid.* Tuque harum Interpres curarum & conscia Juno. Quia verò, ejusmodi arbitri seu Interpretes eorum, quibus serviebant animos sciscitabantur, inde dicti sunt Interpretes, qui aliquam rem accuratè sciscitantur, & in veram ejus naturam inquirunt, quo sensu apud Ciceronem Vates cluunt

cluunt Interpretes portentorum lib. 1. de Divinit. Tandem & isti dicebantur Interpretes, qui aliquid in aliam linguam vertunt, quâ significatione occurrit apud Cic. de Opt. Gener. Orat. *Nec controversi ut interpretes, sed ut Orator. Nec converti ut interpretes, sed ut Orator, sententiis iisdem & earum formis, tanquam figuris verbis ad nostram consuetudinem aptis &c.* Græcis vocatur ἐρμηνεύς Ebr. פִּתְרָא ad rad. פִּתַר interpretatus est, Gen. 41. 8. v. 12. 15. quod denotat Interpretem arcanorum, qualis Joseph fuit, qui somnium captivis, ut & Pharaoni interpretatus est. Rabbini v. Chaldaicè מְפָרֵשׁ, cujus abstractum פִּשְׁרָא Dan. 2. sæpius occurrit, in specie תּוֹרְגְמָן & מְתוֹרְגְמָן Interpretem linguæ denotat, vid. Targum. Gen. 42. 23. Exod. 4. 10. Exod. 7. 6. Syriacè in N. T. adhibetur vox pl. ܦܪܫܢܐ Jac. 1. 4. quæ est ex Ebræo פִּרְשׁ quod idem est, aliàs abstractum & hoc ad est ܦܪܫܘܬܐ interpretatio 1. Cor. 12. 10. E quibus omnibus constat, quod Interpres vi nominis sit talis Persona, quæ linguas exponit, reconditosque Scripturarum sensus explanat.

Thef. 2. Omnis Interpres duplici fungitur officio; Vel enim est Metaphraustes vel Paraphraustes. Metaphraustes est qui κατὰ νόδα textum sequitur & singula ejusdem verba reddit, non habito respectu ad genium linguæ in quam aliquid transfert. Paraphraustes vertit aliquid in aliam linguam accommodando sese genio ejusdem linguæ, ita ut non adeò strictè inhæreat verbis textus authenticæ, si modò res ipsa salva sit, & ita aliquando quædam ad sensum supplendum addit, aliquando verò quæ prolixiora sunt in textu authenticò, brevioribus proponit: Quod in Versione B. Lutheri frequentissimè observatur. Hinc sufficit Interpreti, si modo verum exhibeat sensum, quamvis verba, non profus eadem sint. Nemo itaque vitio vertit LXX. Virali Versioni, quod non nunquam à verbis recedat, salvo sensu textus authenticæ, quod ipse Spiritus S. suo approbat calculo, quia Christus & Apostoli, in N. T. sæpius citarunt LXX. Interpretes, ubi verba textus authenticæ non retinuerunt, sed iis relictis verum tamen sensum exhibuerunt v. g. Matt. 4. 10. Deut. 6. 13. ubi Christus LXX. Viralem Versionem secutus, ita ad Diabolum loquitur: Κύριον τὸ θεόν

θεόν σε προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνω λατρεύσεις cum tamen in textu  
 avthentico ita extet: כָּבַדְתָּ יְהוָה & ipsi servies, ubi vox soli est  
 omiffa, qvæ à LXX. ad sensum supplendum addita, & a Salvatore  
 retenta est. Sic Luc. 3. 6. & Es. 40. 5. Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σω-  
 τήριον τοῦ θεοῦ, juxta LXX. viralem versionem, qvæ in textu avthen-  
 tico ita se habent יְהוָה בָּשָׂר כָּל בָּרָא וְיֵרְא & videbit omnis caro,  
 LXX. vocem יְהוָה omiserunt & aliam scil. τὸ σωτήριον addide-  
 runt, qvam & ipse Spiritus Sanctus retinet, qvia sensus est  
 plenus atqve perspicuus. Audiatur hac de re Πίπρισις B. Hiero-  
 nymi qvi de Opt. Gen. Interpr. de LXX. Interpretibus ita loqui-  
 tur: *Non semper exprimunt verbum è verbo sed παρεφραστικῶς eun-  
 dem sensum aliis sermonibus indicant* v. g. Matt. 12, 21. Esaiæ 42. v. 4.  
 Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐλπῖσιν, ubi textus avthenticus ita ha-  
 bet יְהוָה יִמְנַח עַמּוֹתָא וְיִשְׁמַח בְּיִשְׂרָאֵל Et legem ejus Infulæ expectabunt, re-  
 tinuit tamen hæc verba Spiritus S. plura vid. apud Calov. in Crit.  
 S. p. 498. 499. 500. & seqq.

Th. 3. B. Dannh. παρεφρασιν complementum interpretationis no-  
 minat Id. Boni Interp. p. 199. sqq. qvæ verbis luci dioribus & oratione cla-  
 riori exponit orationem auctoris obscuram, & simul memoriam mirificè juvat  
 atq; confirmat. Formatur ibidem Quæstionem, utrum etiam Interpreti  
 licitum sit, textum qvoad verba mutare? & respondet, Interpretis  
 officium non esse, reddere verbum verbo, sed sensum sensui adæ-  
 quare; hoc enim est Interpretis indiscreti verbum verbo reddere,  
 qvoad genus lingvæ alterius non permittit: Id qvoad affirmat B. Lu-  
 therus in epistolâ qvadam de Versione sua Germanicâ, quando ita  
 inquit: Wenn Christus spricht ex abundantia cordis loquitur, wenn  
 ich den Eseln folgen soll/ (scil. Pontificios versionem ejus redargu-  
 entes) die werden mir die Buchstaben fürlegen/ und also dolmetschen/  
 aus den Überfluß des Herzens redet der Mund: Sage mirs ist das  
 Teutsch geredt? Welcher Teutscher verstehet solches? Was ist Überfluß  
 des Herzens vor ein Ding? daß kan kein Teutscher sagen/ er wolte denn  
 sagen: Es sey daß einer allein ein groß Herze habe/ oder zu viel Herzens  
 habe/ wiewohl das auch noch nicht recht ist/ denn Überfluß des Herzens  
 ist kein teutsch/ so wenig als das teutsch ist/ Überfluß des Geistes ic. &  
 paulò post, sondern also redet die Mutter im Hause und der gemeine  
 Mann. Was das Herz voll ist/ das gehet der Mund über/ das heißet gut  
 teutsch







deutsch geredet/ des Ich mich beflissen &c. vide Franz. Tract. de Interpret. Scripturæ S. p. 963. seqq. plura ibi videbis E. impossibile & multoties prorsus ineptum est, verba verbis reddere, sic ineptum prorsus fuisset sentiente ita B. Luthero si Dan. 10. 11. איש חמרות  
 quod Munsterus reddit Vir Magnæ æstimationis LXX, ἀνὴρ Ἰσχυρίων Vir desideriorum, quod & Vulgatus ita transtulit, si inquam redditum fuisset in lingua Vernaculâ, Daniel du Mann der Begierden s. du Mann der Lüste/ sed ita dicitur in Lingvâ Vernaculâ: Du lieber Daniel. Ita quoque Syrus interpres, qui fermè ubivis verba textus Græci retinuit, nonnunquam tamen quo clarior sensus esset quædam addidit, sic Joh. 7. 39. dicitur οὐκ ἔστι γὰρ τὸ πνεῦμα ἅγιον. Non enim erat Spiritus S. ex quibus verbis negant Photiniani Divinitatem Spiritus Sancti. Syrus Interpres omnem difficultatem tollit, hæc ita reddendo

Δοσὶ Δουλιζὶ Ἰσχυρίων








Ἰσχυρίων nondum datus fuit Spiritus S., effusionem Spiritus S. visibilem, nondum fuisse factam innuens. Idem fecerunt & alii interpretes. Ergo licitum est Interpreti, à verbis recedere, si id & sensus difficultas, & genius lingvæ postulet; cum nulla lingua ita cum altera per omnia concordet, ut verbum verbo reddi possit, absque ineptâ quâdam loqvendi ratione.

Th. 4. Nec prætereundum est, quod Hermenevtica nonnunquam coincidat cum Theol. exegetica, nonnunquam tamen ab eadem distingvatur. Theol. exegetica est, quæ in Scripturæ S. vel universæ vel saltem libri aut textus cujusdam explicatione, Paraphrasi resolutione, occupata est; vid. B. Calov. Syst. tom. 1. p. 12. seq. B. König. Theol. pos. §. 324. Proleg. Hermenevtica verò est Isagoge ad Theol. Exegeticam, animum ad eandem benè tractandum præparans. Hermenevticus itaque strictè sic dictus est, qui media textum interpretandi docet in actu signato, & si latius sumatur, tunc & in actu signato & in exercito eadem exercet. Nobis in præsens, Hermenevticus aut Interpres est iste, qui observatis mediis legitimis textum sacrum interpretatur vel in aliam lingvam transferendo, vel etiam commentariis eandem illustrando: Ita namque in Sacris literis promiscue verba ista adhibentur ἑρμηνεύων quod occurrit Joh. 1. 39. c. 9. 7. Ebr. 7. 2. διερμηνεύων Luc.

tu  
est  
re  
w.  
n-  
o,  
e-  
est  
o-  
vi-  
n-  
4.  
a-  
e-  
it.  
o-  
la-  
at  
eti  
tis  
æ-  
e,  
u-  
ita  
nn  
u-  
n/  
as  
us  
nn  
ns  
ns  
&  
ine  
zur  
sch

24. 27. 1. Cor. 12. 30. c. 14. 5. 13. 27. Joh. 1. 42. Act. 9. 36. item μεθερμωύειν  
Matt. 1. 23. Marc. 5. 41: 15. 22. 34. Joh. 1. 41. Act. 13. 8. ἐξηγῆσαι Joh. 1.  
18. Syrus adhibet vel radicem  vel  l.   quæ

idem significant, observatò tamen discrimine quod in proœmiò  
fuit expositum.

Th. 5. Objectum Interpretis est Scriptura S. tam Veteris quam  
N. T. quæ immediatò Spiritus S. afflatu Prophetis, Apostolis &  
Evangelistis inspirata, & ab iisdem literis consignata est. In V. T.  
Idiomate Ebræo, paucis Chaldaicis in Daniele, Efra, ut & Jere-  
mia, exceptis, punctis vocalibus & accentibus instructa, quibus  
nunquam caruit, nec carere potuit, Characterè quadrato, quem  
hodie adhuc habemus, expulso prorsus Characterè Samaritano  
rudi & crasso, quod vel sola litera  jod non minima sed una ex  
maximis arguit, ita ut Pentateuchus Samaritanus quem pro au-  
thenticò sed falsò & nimis audacter objicit, Morinus, nunquam  
fuerit, ut  receptus; quippe qui suis scatet mendis, par-  
tim aliquid addendò, partim minuendò, item alia substituendò  
quàm quæ in textu Ebræorum occurrunt, de quo vid. Hotting. in  
Exercit. AntiMorian. sine omni depravatione Judæorum, re-  
jectis quorundam Tikkun Sopherim de quibus vid. Glassius Philol.  
S. p. 33. Excell. Pfeiff. Hermenevt. S. p. 26. Nec integritati ejus-  
dem obstare potest, Ittur Sopherim, aut   &  vel etiam  Piska,  
aut aliæ notæ Masorethicæ, quæ ad interpretandum & in sua inte-  
gritate conservandam textum faciunt. In N. T. Idiomate Græ-  
co, eoqve puro absque omnibus Soloecismis, Barbarismis aut Ci-  
licismis de quibus vid. B. Stollbergius in pecul. Tract. de Soloecif-  
mis & Barbarismit N. T. Circa hunc igitur textum versatur Inter-  
pres sacer, quem summò cum studiò & devotione  debet,  
juxta mandatum Salvatoris Joh. 5.

Th. 6. Jam de sensu ipso videndum, qui & quotuplex ille sit? quæ  
tamen cum præcipue ad sacratam spectant Theologiam, de his  
paucis tantum aliqua monebimus, ne aliena cædere vineta videamur.  
Sensus Sacræ S. unius dicti non nisi unus est, Et vocatur  
literalis qui immediatè à Spiritu S. per verba sive propria sive tro-  
po quòdam affecta intenditur. Est autem duplex vel Sensus lite-  
ræ quem ipsa verba in propria suà significatione gignunt, non ha-  
bitò respectu ad intentionem scribentis & dicentis; ab aliis sen-  
sus

sus literalis impropriè talis dicitur, vel sensus literalis superius definitus. Sensus mysticus est, qui pariter à Spiritu S. sed non immediatè per verba, sed per res intenditur. Joh. 3. 14. 15. Exod. 12. coll. cum Joh. 19. Et hic itidem est triplex vel Allegoricus, vel Typicus vel Parabolicus, de quibus vid. B. Glass. Phil. S. p. m. 289. seq.

Th. 7. Quod in specie allegoricum attinet, ille vicissim duplex est, vel innatus, vel illatus, vel ἔγγραφος, vel ἀγγραφος. Prior expressè in Scripturis S. traditur, posterior ab interprete inferitur. De quo notandum, quod omninò prius sensus literalis erudendus sit antequam ad ejusmodi allegorias fiat progressus, de quibus audiamus B. Megalandrum nostrum Tom. VI. Witt. fol. 57. *Hoc monuisse sit satis ut qui allegoriis uti volunt, iis utantur, quas indicaverunt Apostoli, & quæ habent fundamentum certum in ipsa litera s. historia. Alioqui fiet, ut ædificemus super fundamentum paleam & stipulas, non aurum. Et eodem f. Qui igitur allegoriis volunt uti, hi fundamentum earum ex ipsa historia perent. Historia enim est, quæ ceu Dialectica vera & indubitata docet. Contra allegoria, quasi Rhetorica, pingere historiam debet, ad probandum autem nihil valet.* Et fol. 56. col. 2. hanc tradit Regulam: *Hoc in sacris literis est præcipuè agendum, ut aliquam certam & simplicem sententiam inde eliciamus, præsertim in tantâ varietate Interpretum tum Latinorum tum Græcorum, tum Ebraeorum quoq;.* Hi enim ferè omnes, non solum Historiam non curant, sed etiam ineptis Allegoriis eam obruunt & turbant. Hinc meritò invehit in eos, qui relictâ literâ meras sectantur Allegorias, quando porrò ita loquitur. *Originis & Hieronymi absurda ratio, quam in suis capitibus secuti sunt, nota est. Ubique enim discedunt ab historia, quam vocant literam occidentem & carnem, ac magnificè commendant spiritualem sensum, quem non norunt, & paulò post: persuasum fuit omnibus, quod præsertim in historiis Veteris T. Allegoriæ essent spiritualis intellectus, Historia autem s. literalis sententia, esset carnalis intellectus.* Et fol. 45. recenset Augustini allegoriam, qui per verba ista, Ponam inimicitias inter te, & semen ejus, intelligit luctam, quando Diabolus mediante suggestionem malâ oppugnat rationem interiorem, quæ est mulier, ut, si consentiat delectationibus, dejiciat Satan per eum Verum, hoc est, rationem superiorem. De quo ita sentit B. Lutherus. *Quasò te amice lector, quid in hac luce clarissimâ istis tenebris absurdissimarum Allegoriarum opus est? & tandem de vero modo interpretandi hæc subjicit: Quare nos omissis tam perniciosis & absurdis ineptiis, ingrediemur novum iter,*

B

nihil

nihil moti, quod priorum vestigia aliò ducunt. Habemus enim ducem Spiritum S, proponentem per Moysen non absurdas allegorias, sed docentem nos de rebus maximis, inter Deum hominem peccatorem, & Satanam peccati autorem gestis. Non tamen allegorias absolutè rejicit, sed easdem textui literali præferendas esse negat. Concedit B. Vir eas docere & consolari, si ex ipsa Sacr. S. sint depromptæ, & in ea fundatæ. Ita namqve eodem Comment. in Genes. fol. 123. col. 2. extat. Nos cum damnamus allegorias de iis loquimur, quæ proprio Spiritu & ingenio, sine Scripturæ autoritate finguntur. Nam aliæ, quæ ad fidei analogiam referuntur, non solum ornant doctrinam, sed etiam consolantur conscientias.

Th. 8. B. Glassius distingvit allegorias Illatas, in oblatas vel extortas. Priores sunt quæ fundamentum in sensu literali habent, ut v. g. Arcæ Noæ comparatur Ecclesia, quæ ex credentibus ædificatur, columba olivam afferens Evangelio, quod conscientias perterritis solatium annunciat, quas & ipse B. Lutherus l. c. non reprobat. Hinc ita dicit Comment. in Gen. fol. 126. col. 2. Et moneo vos quanto possim studio, ut in historiis æstimandis velitis diligentes esse. Sicubi autem Allegoriis vultis uti, hoc facite, ut sequamini analogiam fidei, hoc est, ut accommodetis eas ad Christum, Ecclesiam, fidem, ministerium verbi. Sic enim fiet, ut etsi Allegoria minus sint propria, tamen non aberrant à fide. Hoc fundamentum stet firmum, stipule autem pereant: hæc ille. Extortæ sunt, quæ nullum habent fundamentum in textu authentico, quales sunt Pontificiorum, item Talmudistarum & Cabbalistarum, quorum triplex eruendi allegorias via satis nota est, 1.) גימטריא quæ literas in textu S. positas numericè considerat. 2.) נומריקין quæ literas initiales & finales observat, varia ex iis mysteria faciendo 3.) תמורה quæ fit per literarum transpositionem, sed de his vid. B. Glassius Phil. S. p. 304. seqq. Ejusmodi ineptiæ meritò abesse debent à bonò Interprete S. S. quæ propter vehementissimè redarguit Judæos B. Lutherus, quod glossis suis inutilibus & ineptis ac etiam sapius impiis textum corrumpant, aut sensum ejus pervertant, sic enim loquitur lib. de Judæis & eorum Mendaciis. Hunc locum scil. Gen. 49. Patriarchæ quem Jacobus in agone mortis protulit, illi novi spurii, peregrini Judæi variè corruperunt & crucifixerunt, contra suam conscientiam. Ipsi enim sciunt, sua glossemat a nihil esse aliud, quàm assumpta scelestam mendacia, & commenticias nenas contra conscientiam T. 7. Witteb. f. 179. & fol. 195, inquit. Ideò ab eo tempore se converterunt ad hostiliter invadendam Scripturam, eamq3 falsis

*falsis adulterinis, assutis, asciticis peregrinis glossis, seu aliter interpretanda  
doctiam vocabula, quam eorum natura habet, corrumpere conati sunt.  
Et in specie Cabbalam perstrinxit, quando ita scribit fol. 201.  
Deinde Domino nostro Christo deformant nomen Jesus. Odio enim acerbo  
& Sathanico Judaei quaedam virulenta ratione vocant JESU, ut in Ebraeo  
nullum nomen, nullum vocabulum sit, sed tantum litera, quemadmodum  
nota numerorum aut litera numeros significantes &c. Ita vocant JESU,  
id est, 336. Hic numerus postea dat aliud vocabulum, quod in se Hebel Variik  
complectitur &c. plura ibidem legi possunt. Ubi notandum quod  
non de omnibus promiscue hæc intelligenda sint, sed de iis qui lo-  
cum hunc minus recte interpretati sint, cum nonnulli ut in Zo-  
har, de Messia locum hunc exposuerint.*

Th. 9. Sed regredimur ad scopum unde prolapsi eramus. Pon-  
tificii sensum Scripturæ faciunt quadruplicem, literalem, allegori-  
cum, anagogicum & parabolicum, quam divisionem B. Lutherus  
rejicit, eamque Scripturæ S. prorsus contrariam pronunciat Tom.  
V. Witteb. f. 294. *Ociosi & in eruditi Monachi & Scholastici Doctores  
nugati sunt, qui tradiderunt quatuor esse sensus Scripturæ S. literalem, tro-  
pologicum, allegoricum & anagogicum, & secundum hos singula fere verba  
Scripturæ inepte interpretati sunt. Ut Hierusalem literaliter significabat  
illis urbem ejus nominis. Theologicè, conscientiam puram. Allegoricè Ec-  
clesiam militantem, Analogicè caelestem patriam seu Ecclesiam triumphan-  
tem. His insulsis & nugacibus fabulis, quibus discerpsent scripturas, in  
tot sententias & fecerunt ut de nullis rebus conscientia certo erudiri potue-  
rint & fol. 247. Habentur in usu quatuor sensus Scripturæ, quos literam,  
tropologiam, allegoriam, anagogen vocant, hæc Scripturæ autoritate, nec  
patrum usu, nec grammatica ratione. &c.*


Th. 10. His expeditis propius ad rem progredimur, & requisi-  
ta optimi Interpretis aliquanto pressius scrutabimur. De his ipse  
B. Heros ita in epistola de Interpretandis Scripturis loquitur: *Ich  
es ist dolmetschen ja nicht eines ieglichen Kunst / wie die tollen Heiligen  
meinen. Es gehöret darzu ein recht fromm / treu / fleißig / furchtsam /  
Christlich / gelehrt / erfahren / geübet Herz / darumb halt ich / daß kein fal-  
scher Christ noch Rotten-Geist / treu ist v. dolmetschen könne / wie das wohl  
scheinet in den Propheten zu Wormbs verteutschet / darinn doch warlich  
grosser Fleiß geschehen / und meinem Teutschen fast nachgegangen ist / aber  
es sind Jüden dabey gewesen / die Christo nicht grosse Hulde erzeiget haben /  
sonst wäre Kunst und Fleiß genug da.* In quibus verbis idem boni


Interpretis B. Lutherus exprimit. Apostolus Paulus 2. Cor. 3. v. 5. requirit *ἰκανότητος* idoneitatem, quæ in requisitis à B. Luthero recensitis constat vid. Excell. Pfeiff. Hermenevt. S. p. 71.

Th. 11. Rem in Compendium redigemus secuti Theod. Hackspan. in Proleg. in Not. Philolog. Theol. p. 2. Interpres debet esse 1.) Philologus, 2.) Philosophus, 3.) Theologus.

Th. 12. Quod Philologiam Sacram concernit, eâ omninò Optimus Interpres instructus esse debet, aliàs minimè in tam vasto hõc stadio currere poterit. Continet autem Philologia S. 1.) Notitiam lingvarum authenticarum, qualis in V. T. est Ebraica in N. T. Græca, sine his adminiculis Interpres in aquis venabitur, & in aere piscabitur. Audiatur B. Lutherus, qui notitiam Lingvarum S. commendans, neglectum earundum justè corripit. Tom. II. Jen. Germ. p. 459. vel Tom. II. Altenb. p. 809. *Ja sprichstu / es sind viel Väter selig worden / haben auch gelehret ohne Sprachen. Das ist wahr. Wo rechnest du aber auch das hin / daß sie oft in der Schrift gefehlet haben :c. & paulò post: Darumb ist das auch ein toll Fürnehmen gewesen / daß man die Schrift habe wollen lernen durch der Väter auslegen / und der Bücher und Glossen lesen. Man solte sich davor auff die Sprachen begeben haben &c. & tandem Wie der Sommer gegen den Schatten ist / so ist die Sprache gegen aller Väter Glossen. Weil denn nun denen Christen gebühret die H. Schrift zu üben / als ihr eigen / eintges Buch / und eine Sünde und Schande ist / daß wir unser eigen Buch nicht wissen / noch unsers Gottes Sprache und Wort können / so ist es noch viel mehr Sünde und Schande / daß wir nicht Sprachen lernen / sonderlich da uns Gott ist darbeut und giebt Leute und Bücher / und allerley / was dazu dienet / und uns gleich dazu reizet / und sein Buch gerne wolte offsen haben &c.*

Th. 13. Nec contemnendæ sunt reliquæ Lingvæ Orientales quæ multum ad illustrandum textum authenticum faciunt. Præcæteris autem Chaldæa, Syriaca & Arabica. Chaldæa in Daniele & Esra ut & Jeremia occurrit, sine cujus notitia hæc minimè interpretaberis, Syriaca in N. T. singularem prorsus habet usum, quia plures voces, item integræ dictiones Syriacæ in N. T. occur-

runt. v. g. Marci 5. v. 4. *Ταλιθα κούμι* Syriace 

Marci 3. 17. filii Zebedæi vocantur *Βοανεργες* quod est Syriacam 

כַּנְדִּינִי filii tonitru &c. sed de his vid. Ludovicus de Dieu

in Præfat. Grammat. Harm. In V. T. pariter quædam Syriaca occurrunt, nec non voces quædam difficiliore Ebraicæ quæ è lingua Syriacâ lucem fœnerantur. Ita Basilus M. Hexaem. Homil. 2. p. 10. vocem Gen. 1. 2. מַרְחֶפֶת ex syriaca lingua exponit. Verba ejus hæc sunt: *Quomodo igitur ferebatur super aquas. Narrabo tibi non meum sermonem, sed viri Syri tantum à mundanâ sapientia remoti, quantum propinquioris veritatis scientia erat. Dicebat itaq; Syrorum vocem & significationem esse, & propter vicinitatem ad Ebraicam linguam magis quodammodo ad Scripturarum intelligentiam accedere. Esse igitur sententiam dièli talem, ferebatur inquit, exponunt prius confovebat & incubabat aquarum naturam, ad similitudinem volucris aut galline ovis incubantis, & vitalem quandam vim his quæ confoventur immitentis: Hæc ille. Lingua Arabica copiosissima est, & plurimas radices, quæ in Ebraicis deperditæ sunt, habet, quæ tanquam fidelissima Matris suæ filia eas retinuit sic v. g. Gen. 1. v. 1. statim utilitas ejusdem apparet, nam vox אלהים est à rad. אלה veneratus fuit, שמים est à אלה altum esse, ארץ est à radice ארס Exedit, terræque instar reddidit, בהר est a בהל vacua & inanis domus fuit, sic בוץ Byssus est a בוש splenduit, בכור primogenitus est a בכר diluculo fuit, sic היכל palatium, templum est a הילך magnus procerus &c. sed de his integrum tractatum conscribere possemus, quod præsens pagella non permittit. Et ad hanc linguam sicubi radix defecerit, recurrendum esse docuit doctissimus R. Aben Esra, in-  
quiens si voci לאיש אח ורע non est frater aut socius, Interpres recurrat ad Linguam Arabicam.*

Th. 14. Rabbinos si quis in explicandis vocibus & antiquitatibus Judaicis consulat non malè fecerit. Et quamvis B. Lutherus in eos vehementer invehat, non tamen usum eorum rejicit, sed abusum. Nec de omnibus sed de quibusdam loquitur In Comment. in Gen. fol. 362. de eorum lectione ita sentit: *Agnoscimus sanè magnum beneficium esse, quod linguam ab eis accepimus: sed cavendum est à Rabbiorum stercorebus, qui ex Scriptura S. quasi latrinam quandam fœcervnt, in quam suas turpitudines, & stultissimas opiniones ingererent, Hoc ideò moneo, quia hodie multi ex nostris etiam Theologis nimium Rabbini tribuunt in sententia Scripturæ explicanda.* In Gram-

matica facile eos patior, sed verò sensu & intellectu carent. Et fol. 204. inquit: Hanc sententiam nobis non dat Grammatica, quam solam Rabbini habent, sed rerum sacrarum cognitio. Qua sensum verò literalem multoties vel parum vel nihil faciunt, hinc itidem B. Lutherus eos reprehendit, qui sensum Scripturæ S. literalem in Rabbiniis quærun, quando in lib. de Schemhamphoras Germ. ita scribit: Wenn ein Christ bey den Juden wil Verstand in der Schrift (quoad mysteriæ contenta, addit Excell. Pfeiff. Hermenevt. S. p. 89.) suchen / was thut Er anders / als daß er bey den Blinden das Gesicht / bey den Rasenden die Klugheit / bey dem Tode das Leben / bey dem Teuffel Gnade und Wahrheit suchet; recht geschieht Ihm / so Er auch was sinnig / blind und rasend wird / wie seine Meister sind von Gott verdammt. Tom. 8. Jen. f. 147. Non itaque omnem prorsus usum Rabbiniorum pro- scribit Lutherus, sed eum tantum, quò quis nimium glossis Rabbi- nicis tribuit, sic in colloquiis Sympof. loquitur f. 473. Wenn ich wiederumb wolte in der Ebräischen Sprache studieren / so wolte ich die rei- nesten und besten Grammaticos für mich nehmen und lesen / als David Kimchi, Mosche Kimchi, welche die reinesten sind &c.

Th. 15. Modos Scripturam S. interpretandi Judæis usitatos quinque recenset R. Aben Esra in Praef. Comment. in legem 1.) ארוכה ורחבה longus & latus illorum, qui ad monstrosas di- gressiones ubiq; dilabuntur, ita R. Isaac ad mentionem lucis Gen. 1. totam opticam exposuit &c. 2.) לפתלתילים intricatis & per- plexis proprius qui sententiæ suæ diffidentes eandem scripto ex- primere recusant 3.) דרך חשך וחולה Methodus tenebrosa & ob- scura, quæ sensu literali relicto inanes captat allegorias 4.) הקרובה הקרובה circa puncta & minutias occupatur quando è lite- rarum iuppotatione & permutatione mysteria quædam Cabbali- stica eruuntur 5.) הושרררר re&us est, qui in Grammatica singu- larum vocum pensitatione, & inquisitione sensus literalis consi- stit, cui tandem ipse R. Aben Esra subscribit, & fermè ubivis fe- ctatur, quamvis nonnunquam etiam ad nugas Judaicas declinet. Et hæc de sensu literali, vid. Martini Reymundi Pugio fidei. proœm. p. 79. Habent tamen & sensum Mysticum, sub quo com- prehendunt partim Cabbalisticum, partim allegoricum teste R. Majm. in More Neboch. part. III. c. 43. R. Obadiah Bartenora in Comment. super Mischnajoth Nedar c. 14. hæc tria distingvit תלכות quod est specialiter allegorica expositio Scripturæ: פירוש פירוש sunt



sunt traditiones à Mose acceptæ, & מִן־מִן quæ sunt verba sapientum quæ fundant in Scripturis; Quod vero in specie ad Cabalam, tredecim modos Scripturam S. explicandi eadem docet vid. Cofri part. III. § LXXIII. vid. B. Calov. Comment. in Genesim in Proleg. de Interpret. Scripturæ S. p. 48. & 49. Sed hæc de his sufficiant, quia parum ad requisita B. Interpretis conferunt.

Th. 16. Huc spectant quoque versiones, Chaldæa, Syriaca, Græca, Vulgata aliæque, quas Bonus Interpres sæpius conferre potest, ut & Notæ Masorethicæ, Concordantiæ, notitia Accentuum, sine quæ sæpius verus sensus non potest intelligi, de quo vid. B. Wasmuth in Ebraismo Rest. ut & Vindiciis linguæ Ebrææ, aliique.

Th. 17. Circa voces observandum est, utrum sumantur propriè an figuratè, si priori modo, emphasès explicandæ sunt è radice, ex usu recepto probatorum Autorum, ut & ex lingvis cognatis in quibus illud occurrit. Sic B. Lutherus Comment. Gen. fol. 725. Vocabulum שִׁלְיָה Schlo exponit. *Placet mihi inquit, sensus Zigleri, qui deducit à (Siliab) sicut ex Rabbinis quidam eo argumento impugnat divinitatem Christi, cum fuerit in (Sileab) utero matris suæ à capite usque ad pedes, quomodo potuit esse Deus? Nos vocamus secundinam suam, hoc est filios, qui sunt fructus Siliab suæ. Ibi continens pro contento ponitur secundina pro infantibus & parvulis.* Si posteriori modo scil. impropriè sumantur voces, tunc exponendæ sunt figuræ, quæ sunt vel grammaticæ, ut Hypallage, Hendiadys, Ellipsis &c. vel Rhetoricæ, ut Metaphora, Synecdoche, Metonymia, Ironia &c. Sic provocat ad Enallagen Numeri B. Lutherus in Comment. in Gen. fol. 686. quæritur: *Quare dicat Moses Jacob secum duxisse filias & neptes? cum in Catalogo sequenti tantum duæ filie recenseantur: Dinab & Zereb, filia Asser neptis Jacob. Quomodo igitur plurali numero usus est &c.* Resp. *Hic mos est Scripturæ S. ut numero singulari per Synecdochen interdum de pluribus loquatur, &c.* Et hæc sufficiant de Philologia, plura vid. apud Flacium in Clav. Scripturæ S. Glassium in Philologia S. Excell. in Hermenevthica S.

Th. 18. Idò Bonus Interpres debet esse Bonus Philosophus, ut ea, quæ ex disciplinis realibus occurrunt explicare possit. Ità Flacius Illyricus nunquam in eum incidisset errorem, de P. O. si vel aliquantulum tantum Philosophiæ notitiâ tinctus fuisset. Ità sæpius ad Philosophos provocat B. Lutherus, eosque laudat, sic Comment.

ment. in Gen. fol. 161. Eruditam Ciceronis disputationem de Amicitia nominat, seqve notitia Philosophiæ imbutum esse testatur in Epistola de Interpretatione, his verbis: Ich kan ihre (scil. Pontificiorum) dialectica und Philosophia baß / denn sie allesamt. Und weiß darzu für wahr daß ihr keiner ihren Aristotelem versteht &c. Huc spectat etiam accurata pensitatio Antecedentium & Consequentium, ut & omnium Circumstantiarum, Personæ, loci, temporis &c. Per Collationem Antecedentium & Consequentium intelligimus, non tantum unius vel alterius versus, sed integri capituli, imò & totius libri collationem quod egregiè probavit, & exemplis selectioribus illustravit B. Franzius in Tract. de Interpretatione Scripturæ S. ubi inter alia & hæc de Collatione Antecedentium & Consequentium scribit: *Hæc ipsa Methodus seu via antecedentium consequentium lectori non oscitanti semper in manum præbebit, quam nam significationem una qualibet vox, in uno qualibet oraculo sacro admittat* &c. & paulò post, *utiq; usum linguarum Spiritus S. cum corpore rectissime aliquis comparabit & exercitium contextuum seu estimationem Antecedentium & Consequentium cum anima, quæ est ἐντελέχεια corporis &c.* in præf. p. 8. Et hoc vocat res B. Lutherus in Comment. sapius à nobis citato, loca allegata videbis apud Franzium l. c. Per Circumstantias temporis intelligitur notitia Historiæ & Chronologiæ, ut Interpres benè cognoscat quònam tempore, sub quonam Rege hæc vel illa gesta sint, ex quibus magna lux ipsi accenditur. Et hæc est perpetua praxis B. Lutheri, tam in Commentariis quàm in Versione sua Germanica; sic v. g. Tom. VI. Witteb. fol. 512. Ita inchoat enarrationes in Zachariam: *ut hic textus facilius intelligi possit, paulo altius veteres historiæ repetenda sunt, ubi à Rege Cores f. Cyro usque ad Darium longimanum textit historiam.* Sic in præf. in Esaiam inter alia ita scribit: *Es ist unmöglich / des Propheten Wort und Meinung richtiglich und klärlich zu vernehmen oder zu mercken ohn solche des Titels Erklärung / den Titel aber meine und heisse ich nicht alleine / daß du diese Worte Usia / Jothan / Achas / Jehiskia / der Könige Juda 2c. lesest oder verstehest / sondern für dich nimmest / das letzte Buch von den Königen und das letzte Buch der Chronica dieselbigen wohl einnimmest / sonderlich die Geschichte und Zufälle / so sich begeben haben unter den Königen / die in Titul genennet sind bis zu Ende derselbigen Bücher 2c. Den inde ulterius commendat notitiam Geographiæ, dicens: *Zu dem wäre auch wohl gut / daß man wüßte / wie die Länder aneinander gelegen**

gen sind / damit die ausländischen unbekanten Worte und Nahmen nicht mit Unlust zu lesen / und Finsterniß oder Hinderniß im Verstand machten &c.

Th. 19. De studio Philosophico Interpreti necessario paria nobis cum facit Dan. Chamier Panstrat. Cathol. lib. 16. cap. 5. p. 70. quando ita scribit: *Sic profuerit artes liberales nosse omnes, imprimis dialecticam, & paulò post: Profuerit etiam omnes partes Philosophiæ didicisse, tum quæ ad mores, tum quæ ad Naturam pertinet: Profuerit deniq; & valde quidem profuerit Historiæ cognitio exacta, sed & Cosmographia non fuerit inutilis.*

Th. 20. Deinde conferenda quoque sunt aliorum testimonia, puta, Versionum accuratiorum, Patrum V. Ecclesiæ, aliorumque Commentatorum, quæ singula B. Lutherus in interpretanda Scriptura S. attendit. Ità non semel contulit versionem Chaldaicam, LXX. viralem, vulgatam, sic Comment. in Genes. fol. 726. provocat ad Versionem Chaldaicam, h. m. & Chaldaeus vertit (scil. vocabulum lakab) erit ei obedientia, sive audientia populorum, & tamen contra versionem Chaldaicam depravant sensum huius loci Judæi &c. & lib. de Judæis & eorum mendaciis Tom. 7. Witt. fol. 180. *Ad hoc valde clare explicandum & disertè Chaldaeus Interpres non utitur verbo Ebraico שֵׁבַע Baculum aut sceptrum, sed pro eo ponit Personam, quæ hunc baculum gestat &c. Ad LXX. provocat. Comment. in Genes. fol. 701. ità: septuaginta sic verterunt: Et adoravit Israel fastigium virgæ ejus, & retinent præpositionem הַיְּ super fastigium & legunt (Matte) quod significat virgam aut trabem &c. & paulò post, septuaginta verò suæ interpretationis similitudinem quandam habent ex Historia Esther, ubi Assverus porrigit virgam Sceptrum Regina, atque ea accedit, & tangit manu caput Sceptri &c. vulgatam citat Comment. in Genes. Fol. 703. sepè autem dictum est quare nominetur Deus (El Schaddai) & extat eadem appellatio Ps. 91. Ubi Interpres noster vertit sub Protectione Dei cæli commorabitur. De Patribus V. Ecclesiæ ità sentit Comment. in Genes. fol. 531. ubi de vita Speculativa & Activa agit: *Hæc ex Patribus repetenda putavi, ne videamur eorum scripta prorsus abjecisse: Non enim negligenda, sed legenda sunt cum judicio. Commentarios aliorum & sæpius citat & commendat v. g. Comment. in Genes. fol. 192. Latina Ecclesia inquit habet paucos Commentarios in**

C

Mosen.

*Mosen. Lyra præcipuus est, ex eo nati sunt postea alii, Hugo Carrensis &c. sæpius etiam citat Raymundi Pugionem fidei, præprimis ad cap. 49. Genes. quod & pariter in libello de Judæis, & eorum Mendaciis facit.*

Th. 21. Jam ad ultimum requisitum Boni Interpretis per-  
gimus, quod est, ut sit Bonus Theologus, B. Lutherus notitiam  
Theologiæ vocatres, eamque notitiæ Grammaticæ contradi-  
stingvit. Quapropter quotiescunque in Rabbinos eorumque  
commenta invehit, toties ignorantiam Theologiæ accusat, uti  
in antecedentibus à nobis probatum est. Præcipuam ejus cau-  
sam adscribit ignorantiam, & contemptui N. T. sic enim verba  
ejus habent Comment. in Genes. fol. 702. *Nisi N. T. haberemus,  
nullus usus esset Ebrææ linguæ, nec quicquam certi ex ea colligere posse-  
mus, id quod apparet ex Ebraïstis, qui miserè & horribiliter depravant  
& obscurant Scripturam S. propterea, quod veræ Scripturæ luce desti-  
tuti sunt.* Præcipuum igitur quod Bonus Interpres observabit  
est Analogia fidei, quæ definiente Excell. Pfeiff. in Hermenevt.  
S. p. 168. *est tenor sive summa cælestis doctrinæ de credendis articulis  
fidei, petita è talibus Scripturæ locis, ubi Spiritus S. de iisdem expro-  
fessò vel saltem ex omnium confessione agit, idq; verbis rotundis, planis,  
perspicuis, & omni exceptione majoribus.* Sic fedes doctrinæ de  
Creatione est Gen. 1. Deum non esse causam peccati Ps. 5. de  
Peccato Originis Gen. 3. cap. 6. cap. 8. &c. Omnis interpretatio  
Scripturæ S. debet esse secundum analogiam fidei monente A-  
postolo Rom. 8. 6. ubi postulat, ut Prophetia sit *κατὰ τὴν ἀναλο-  
γίαν τῆς πίστεως* 2. Tim. 1. 13. commendat Timotheo *ὑποτύπων  
ὑγιαίνοντων λόγων.* Hinc communis Theologorum regula est  
Scripturam esse per scripturam interpretandam i. e. loca diffi-  
cilia explicanda sunt per facilia, & ea, de quibus Scriptura  
S. incidenter tantum agit aliquo in loco, exiis locis sunt expli-  
canda, ubi Spiritus S. exprofessò de iis agit, id quod pluribus  
argumentis probatum videbis apud Daniel. Chamier. Panstrat.  
Cathol. lib. 16. cap. 6. p. 221. Quicunque his instructus mediis,  
& ritè observatis Scripturam S. interpretatur, Boni Interpre-  
tis Nomen omnino meretur. Plura quidem de modo inter-  
pretandi Scripturam S. dicenda essent, quæ tamen, ne fiant an-  
gustia pagellæ hujus prohibet, plura qui desiderat adeat Fla-  
cium

cium

cium in Clave Script. Glassii Philolog Sacram. Franzii Traët. de Interpret. Script. B. Dannhaueri Hermenevt. Sacram, ut & Ideam Boni Interpretis aliosqve. Excell. Pfeifferi Hermenevticam S. Nos jam ad Caput II. pergimus, in qvo requisita hæc in B. Luthero adfuisse nonnullis exemplis partim ex commentariis, partim ex Versione ejusdem Germanica depromptis ostendemus.

## CAPUT II.

**B**Eatum Lutherum Optimum Scripturæ S. interpretem omnes pagellæ Commentariorum & Versionis Germanicæ docent; itaqve angustum chartæ hujus spacium id non permittit pluribus ostendere, sufficiat nobis unum alterumve locum, tantum tetigisse, ex qvo satis liqvebit qvantis in Scripturis interpretandis ardor & studium prorsus Herculeum à B. Viro fuerit adhibitum, & qvam optimè media Hermenevtica observaverit. Sit itaqve locus i. Os. I. v. 2. וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל-

הוֹשֵׁעַ לֵךְ קַח-לְךָ אִשָּׁה זְנוּנִים וְיִלְדֵי זְנוּנִים וְגו'

LXX. Interpretes ità reddiderunt. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ὠσηε, βάδιζε, λάβε σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας, καὶ τέκνα πορνείας. Vulgatus ità transtulit: *Et dixit Dominus ad Osee: Vade sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum.* B. Lutherus in Commentario in Hoseam ità habet: *Et Dominus ad Hoseam dixit, vade & sume tibi uxorem fornicariam, & filios ex fornicatione natos.* In versione Germanica ità occurrit: *Und der Herr sprach zu Hosea / gehe hin / und nimm ein Huren-Weib / und Huren Kinder.* Qvi locus est unus ex difficillimis, & qvod capita, tot sensus Interpretum circa eundem occurrunt. In vulgata versione hæc verba inserta sunt *fac tibi*, qvæ tamen in textu avthentico non extant, sed videtur aliquid supplendum esse, ut sensus completus fiat, qvod & factum est in Michlal Jophi ubi verba ista h.m. exponuntur: וְיִלְדֵי זְנוּנִים פִּירוּשׁוֹ וַיְהִי לֶךְ מִמֶּנָּה

וְיִלְדֵי זְנוּנִים פִּירוּשׁוֹ וַיְהִי לֶךְ מִמֶּנָּה i. e. interpretantur hæc & erunt tibi ex ea filii scortationum, qvia mulier ista scortationum est. i.)

prima sententia est eorum qui propriè hæc intelligunt, & pro-  
 pterea Scripturæ S. autoritatem in dubium vocant, ut Mani-  
 chæi quos refutat B. August. Tom. 6. op. p. 525. quam senten-  
 tiam recitasse est refutasse. 2.) sunt nonnulli, qui in visione tan-  
 tum, non autem verè hæc gesta fuisse docent, ità R. D. Kimchi  
 כל זה הורה במראה הנבואה לא שלקח הושע הנבואה אשת  
 זנונים 1. e. *omne hoc factum in visione Prophetia, non ac si Hosea pro-*  
*pheta uxorem fornicationum verè sumserit.* Targum dicit הנבואה  
 הוואה ברך משרה Prophetiam hanc esse parabolicam,  
 non rem gestam, cui tamen sententiæ repugnat 1.) mandatū Dei  
 & ejusdem exsecutio 2.) si id in visione tantum factum fuerit,  
 quomodo tanquam typus aliquis Israelitis representatū fuisset  
 & denique 3. pari ratione alia facta Prophetarum quis elidere  
 posset ut Esa. 20. 3. Jerem. 27. 2. Ezech. 24. 3. 6. &c. 3.) Sententia  
 est eorum qui verba hæc non in statu, sed in ampliacione intel-  
 ligenda esse, contendunt, scil. Prophetam eam sibi legitimo ma-  
 trimonio adjunxisse, quæ antea scortum fuerat; sed huic sen-  
 tentiæ vel hoc obstat, quod sic filii non possint dici, filii Scorta-  
 tionum, sic enim v. g. Salomon etiam dictus fuisset scortatio-  
 nis filius, quia mater ejus Bathseba antea scortum s. adultera  
 fuerat 4.) Scholastici propriè hæc capiunt, Prophetam verè scor-  
 tatum fuisse Deumque hac in parte dispensasse, ne scortatio, quæ  
 in se est peccatum, fieret peccatum, quæ quemadmodum cum  
 justitiâ divina pugnant, ità quoque meritò rejicienda sunt. Plu-  
 res sententias recensere nolo sed ad B. Lutherum pergo, ejus-  
 que sententiam, salvâ aliorum autoritate defendo. Hic itaque  
 in Comment. in Hoseam ut & in præfatione Versionis Germa-  
 nicæ, statuit Prophetam in matrimonium legitimum duxisse  
 honestam virginem, & cum ea genuisse filios ex thoro legitimo,  
 sed nomina hæc turpia & uxorem & filios gessisse, ut essent ty-  
 pus Populo Israelitico, qui scortatione spirituali s. idololatria se-  
 se contaminaverat. Verba ejus in Comment. in Joel. Tom. IV.  
 Witt. fol. 271. hæc sunt *Restat igitur ut statuamus Prophetam legitimo*  
*conjugio hanc mulierem uxorem duxisse, non aliquod sordidum scortum,*  
*sed filiam honeste educatam &c. & paulò post. Jubetur ductam uxorem*  
*& susceptos filios velut traducere hoc infami nomine, ut ipse eos vocet &*  
*divinitus sic vocari testetur, uxorem & filios fornicationum, videlicet,*  
 ut

ut significet, totum populum esse talem coram Deo, reum & daturum pœnas Idololatriæ, seu desertionis à verbo & c. Hæc autem ita probat, ut optimus Interpres, qui primò induit Personam Philologi, singulas voces textus authenticæ expendendo, probat enim, quod ipsi liberi ex hoc matrimonio suscepti nomina pœnarum habuerint dicens: *sicut & de pœnis etiam nomina imposita liberis significat, Loryhamio & Loammi. Non misericordiam consecuta, & non populus meus* 2.) adstruit veritatem hujus interpretationis ut Philosophus; nam provocat ad jus naturæ, quod scortationem non permittit, nec itaqve Deus dispensare potuerit, ut volunt Scholastici. Verba ejus hæc sunt. *Hic autem nullum jus fingi potest, quod fornicationem excuset. Nam legitimas nuptias non solum divinae leges, sed etiam naturæ jus exigunt. Nec unquam accidere potest, ut Deus præcipiat aut approbet vagas libidines seu non legitimam conjunctionem Viri & mulieris; quia hæc est immutabilis ejus voluntas, ut conjunctio Viri & Mulieris sint legitima nuptiæ & c.* Ex quibus concludit Prophetam sibi legitimo matrimonio copulasse hanc mulierem, liberosqve non nothos, sed legitimos fuisse. Probat hoc ulterius collatione Antecedentium & consequentium ita: scilicet hæc gesta fuisse tempore Jerobeam Rege satis felici, quia & Syros repressit & veteres Regni fines usqve ad Damascum recuperavit, hoc rerum successu satis prospero & Rex & populus elatus à Deo recesserat, Idolaqve nimis deamaverat: quapropter Deus ex merâ misericordia, qui populum Israeliticum delere nondum voluerat, misit Prophetas, qui eos redarguerent, & ad verum Dei cultum postliminiò quasi revocarent, & ut eo melius hæc populus animadverteret, typum sustinere cogebatur Prophetæ, qui uxorem scortum, filios verò, filios scortationum appellaverat, hæc sunt Antecedentia: ex consequentibus, ita res deducitur, quia Deus statim addit hæc verba: *quoniam terra Domino relicto turpiter fornicata est.* Verba B. Lutheri hæc sunt: *Quod hæc hujus totius loci sententia sit, sequentia satis ostendunt* (sicut dixi) *cum Terra relicto Domino & c.* 3.) confirmat hanc sententiam ut Theologus provocando ad Dei justitiam & misericordiam, Deum eo ipso significasse, se velle peccata hæc populi Idololatriæ graviter vindicare, quod si tamen veram acturi sint pœnitentiam eos in finem gratiæ suæ recepturum. Verba B. Lu-

theri hæc sunt: *Miratus est Propheta singulariter vocatur, ut idololatriam populi accuset, & prædicet de pœnis secuturis, scil. de vastatione & rejectione populi & totius politie, & quia tamen necesse est juxta promissiones divinas servari aliquam Ecclesiam, addit consolationem piis necessariam de servandis aliquibus reliquiis, & de vocatione Gentium vid. & quæ habet in cap. 3. fol. 290. & seqq. Huic interpretationi assentiuntur B. Gerhardus de Provid. §. 129. B. Glassius Philolog. S. p. m. 336. qui tamen sui oblitus eandem retractavit p. m. 572. Tarnovius in Exercitat. Bibl. p. 605. & seqq. qui simul in sententiam suam citat Wigandum, Osiandrum, Winckelmannum.*

Locus II. sit ex Joel. 3. vers. 2. ubi agitur de Valle Josaphat, utrum sit nomen proprium an verò appellativum, in quo mirum in modum dissentiunt Interpretes, nos eadem via ut in priori exemplo procedemus, veram loci hujus sententiam ex B. Luthero afferentes. Verba in textu authentico hæc sunt:

וְקָבַצְתִּי אֶת-כָּל-הַגּוֹיִם וְהוֹרֵדְתִים אֶל-עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט׃

LXX. Ità reddiderunt *Καὶ συναΐξω πάντα τὰ ἔθνη, καὶ καταΐξω αὐτὰ εἰς τὴν ποιλάδα Ἰωσαφάτ.* Munster. Versio hæc est. *Congregabo omnes gentes, & faciam eas descendere in vallem Josaphat.* Vulgatus ità transtulit. *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Josaphat.* B. Lutherus in sua Versione ità expressit: *Ich wil alle Heyden zusammen bringen/ und wil sie ins Thal Josaphat hinab führen.* Omnes hic (ut videmus) Interpretes nomen Josaphat ut nomen proprium reddidere. Et quidem retinenda erunt verba, quia Deus nostræ sese accommodans imbecillitati, quasi locum quendam in quo judicium exercendum, nominare, volebat Grotius in h. l. *Solent judicia divina ad instar humanorum depingi. In humanis Judiciis sedent in loco sublimi Judices rei stant in loco inferiori, qui vallis ob similitudinem dicitur.* Ità v. g. Gen. 31. v. 47. Laban acervum lapidum *שְׂהָרוֹתָא יַעֲר* Jacob verò *עֵר* nominavit, quæ pariter Interpret. ità retinuerūt. Videatur etiam hac de re Dan. Huetius in Demonstr. Ev. p. 288. 289. qui propterea laudat Thuanum, Historicum illustrem, quòd plurima nomina peregrina, latinitate donasset. Accedit & illud, quod nomē istud non sumatur seorsim ut duo nomina, ex quibus conflatū est, sed conjunctim ut unum nomen E. in ipsa vetstione reddi aliter nec potuit nec debuit: ast in commentario s. periphraſibus plenioribus



bus exponendum erat, an per vocem Jehosaphat intelligatur locus in Script. sæpius decantatus in quo iudicium exercendū sit? an verò tantum indeterminate vallis s. locus Iudicii divini indiget, cuius mentio nullibi aliàs in Script. occurrit. Quæ propterea dicimus, ne quis putet B. Luth. sibi contradixisse, qui in versione ut nomen proprium istud retinuit, in Commentario verò ut nomen appellativum exponit. Quæritur itaq; an vox Josaphat sit nomen proprium, an verò Appellativum? Resp. In partes hic abeunt interpretes. 1.) Sunt nonnulli qui vocem propriè capiunt, & vallem Josaphat esse locum amœnissimum propè Hierosolymam, in quo Judæi Molocho suos adoleverant liberos, cuius Jer. 7. v. 31. 2. Reg. 18. fit mentio de quo peculiari dissertatione de Tophet Valle Himnon egi. Aben Esra exponit locum de insigni victoriâ, quam Josaphat in valle ista ab Ammonitis reportaverat 2. Paral. 20. 26. 2.) Calvinus & quotquot ejusdem inflant tibia, typicè id capiendum censent: quod quemadmodum Josaphat insignem reportavit victoriam, sic etiam Ecclesiam suos oppressuram hostes 3.) Pontificii, ut Lyra Cornelius à Lapide aliqve per Vallem Josaphat, intelligunt locum Iudicii extremi, credentes Christum ut extremum Iudicem in vallem istam convocaturum esse omnes gentes, easqve iudicaturum. vid. Corn. à Lapide ad 1. Thessal. IV. ubi scribit: *Resurget quisquam ubi suum erit corpus, unde Angeli eos rapiant, in vallem Josaphat juxta Hierosolymam, ubi fiet iudicium* ut docetur Joel. 3. v. 2. Congregabo &c. quam sententiam refutatam vide apud Excell. D. Pfeiff. Dubiis Vexatis p. 927. Ultima eaqve vera sententia est B. Lutheri, vocem Josaphat appellativè sumi, pro valle Iudicii Domini, quam in Comment. in Joel Tom. IV. Witteb. f. 373. ita probat 1.) ut Philologus explicando singula vocabula textus authenticæ, non enim sequitur vulgatum interpretem, sed ipse ita in Commentario suo singulas voces reddit: *Congregabo omnes gentes & descendere eas faciam in vallem Iudicii Dei*, confert & alios Interpretes, eosqve ut minus rectè sentientes refutat, quando ita scribit: *Hic locus ab Interpretibus omnibus, quorum, quidem scripta extant, involutus magis quam explicatus est. De Judæis nihil dico, qui quod vallis Josaphat Prophetæ meminit, ad historiam 2. Paral. 20. hunc locum accommodant. Nostri autem ad vastationem Synagoga, aut ad ultimum diem omnia referunt.* Tandem exponit causam, cur

cur omnes ferme Interpretes à verò hujus dicti sensu recesserint, scil. quod intelligentes ad Judicium pœnæ colligendas &c. sed huic sententiæ obstare docet 2.) ut Philosophus collationem Antecedentium & Consequentium, ut & circumstantias totius Prophetiæ, verba ejus hæc sunt: *Sed diligentius insuenti Prophetam ipsi orationis series sententiam ostendit. Postquam enim Prophetam dixit salutem in monte Zion & Hierusalem futuram, mentionem facit quorundam aliorum, qui salvantur, & si in monte Zion & Hierusalem non sint.* Quod verba sequentia aperte testantur. Et in reliquis salvatio erit, quos Dominus vocat: deinde aperta est distinctio inter שרידים & Zionitas, reliquiæ non sunt ex Zion & Hierosolyma, sed ex gentibus, quæ, ut B. Lutherus loquitur, & in vocatione à Judæis distinctæ iunt, quia Judæis promissio de semine facta est. 3.) Probat sententiam ut Theologus secundum analogiam fidei, Prophetam ostendere, quomodo & quo tempore gentium vocatio sit expectanda. Ità *coherere* inquit, *sententiam pulchre vides, si hanc totam Prophetiam ad Judicium gratie referas, non ad judicium iræ.* Diserte enim dicit, *vocandas gentes in vallem ad Domini judicium, hoc enim significat vox Iosaphat, quæ hoc loco non propriè, sed appellatiuè significat.* Distinguit ibidem B. Vir inter Judicium Dei judicantis per Evangelium suum, & condonantis propter Christum peccata credentibus: & inter judicium Dei judicantis per Legem, de priori agit Propheta, quod & amplissimæ Promissiones additæ confirmant, plura videas l. c. fol. 374. Consentunt hic cum B. Lutero B. Glassius Philolog. S. p. 222. Hackspan. in Notis Theol. Philolog. Parte II. p. 993. & seqq. Excell. Pfeiff. dubiis vexatis p. 927. Chaldæus Interpres qui ità habet לְמִישַׁר פְּלוֹג דִּינָא In valle distributionis Judicii, ad quæ hæc addit Buxtorfius Lex. Chald. Talm. p. 1733. *sic vocatur ibi val- lis Iehosaphat à d. cisione Iudicii divini, ejusq; distributione inter gentes.*

Locus III. sit Jonæ 3. v. 3. Quomodo Urbs Ninive vocetur Urbs magna Domino. Textus authenticus ità exhibetur,

וְנִינְוָה הָיְתָה עִיר-גְּדוֹלָה לְאֱלֹהִים LXX. versio hæc est

Ἡ δὲ Νινευὴ ἡ πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ Munsterus ità reddidit: *Ninive autem erat civitas magna Dei.* Vulgatus Interpres omisit vocem Dei h. m. *Ninive erat civitas magna.* B. Lutheri versio verna-

vernacula ita verba avthentica expressit: *Ninive* aber war eine Stadt Gottes. In Targum ita occurrit: **וְכִינִיּוֹה הָיְתָה קְרָתָא רַבְתָּא** **קָרָם יי** Cardo totius rei est, cur Ninive vocetur civitas magna Domino? Resp. 1.) AbenEsra putat Ninivitas antea timuisse Dominum & tunc ab eo discivisse, propterea eandem vocari civitatem magnam Domino; ita namque commentatur ad cap. 1.v.2. **קָרָם הָיְתָה עִיר גְּדוֹלָה לְאֱלֹהִים שֶׁהָיוּ יְרֵאִים הַשֵּׁם קָרָם** i. e. *fuit urbs magna Domino, quod fuerant antea timentes Dominum, quod unde probabit AbenEsra nescio* 2.) Rabbi David Kimchi putat esse locutionem superlativam, ut idem sit ac Urbs excellentissima verba ejus hæc sunt in cap. 3.v.2. **כָּל דָּבָר שֶׁרָצָה לְהַגְדִּילוֹ סוֹמֵךְ לְאֵל דָּרַךְ הַגְּדוֹלָה** i. e. Omnem rem quam extollere vult Scriptura, jungit ei nomen **אֵל** vel **אֱלֹהִים** quod probat locis parall. Pf. 36.v. 7. Pf. 80. v. 12. Cant. 8. v. 6. cum eo sentit Ben Melech in Miclal Jophi h. m. **סִמַּךְ אֹתָהּ לְאֱלֹהִים לְגְדוֹלָתָהּ** idque iisdem prorsus locis adstruit, cum quibus è Christianis faciunt, Drufius, Julius Mercerus, aliique, quorum Catalogum texit Excell. Pfeiff. dubiis vexatis p. 949. R. Abarbanel, postquam sententiam AbenEsrae refutaverat iisdem prorsus subscribit 3.) His tamen omnibus sese opponit B. Lutherus eosque refutat, sic fol. 172. Comment. in Genesin scribit: *Non ignoro Iudeorum expositionem, qui hortum Dei, cedros Dei, civitatem Dei contendunt dici ob magnificentiam. Sicut Jonæ 3. Erat Ninive civitas magna Dei, (Dei appellacionem omisit Hieronymus) id est, magnifica civitas Et Pf. 80. cedros Dei, interpretantur Iudæi arbuta in terra Judæ &c. Hanc interpretationem fingunt Iudæi ex nimia sua supina & innata superbia, ut scil. soli appellentur populus Dei, & non gentes &c. & paulo post: Scimus Deum, etiam gentium Deum esse, etiam temporaliter. Ninive igitur civitas Dei dicitur, quod Deus ei incrementa & benedictionem suam dedit, & curat ac gubernat eam Et fol. 453. in cap. 30. Gen. ita loquitur: *Et si autem non arrogo mihi iudicium in Ebræa lingua: tan. enodi depravandi audaciam in iis, quæ simpliciter dicta sunt. Quasi vero Ninive non sit etiam civitas Dei in præputio. sed soli circumcisi sint populus Dei.* Probat hanc sententiam 1.) Philologicè textum avtheticum accurate exprimendo, quod & in Versione & in Commentario observatur 2.) Philosophicè ex circumstantiis istis *אַנְקִיבֵי* concludendo, Notitiam Dei habuisse civitatem istam, quia verbo Prophetæ patulas aures præbuit, & propterea*

D

voce-

vocetur civitas Dei. Verba Lutheri audias. Ideo conjici potest  
 hanc civitatem aliquam cognitionem habuisse de Deo Vero conditore  
 cæli & terra. Et Deus scivit fore, ut suum Prophetam audirent, ver-  
 bum Iona acciperent, & resipiscerent 3.) Theologicis his argumentis  
 fulcit eandem: Ego puco, inquit, ideò appellari civitatem Deo, quod  
 Deus tam clementer respicit hanc urbem sollicitus pro eà ne pereat, mit-  
 tens ei proprium Prophetam ut servetur. Comment. in Jonam Tom.  
 IV. Witteberg. fol. 420. Suffragantur B. Luthero, B. Glassius Phil.  
 S.p. 472. qui de sententia & Regula Rabbinorum superiùs citata  
 hanc addit Πικρισιν: πρώτως & primariò nomen Dei additum pro-  
 priissimam retinet significationem, & rei, cui additur causam efficiens  
 denotat. Quia autem à Deo non nisi magnum & eximium existere  
 potest, præsertim si supra & contra naturam cursum operetur, igitur ex  
 consequentia Πικρισιν conditione horum nominum divinitatem desi-  
 gnari non perperam dicitur, tandem sententià B. Lutheri, superiùs  
 à nobis allatà claudit & in ea acquiescit videt Excell. Pfeiff. du-  
 biis vexatis p. c.

Locus IV. Michæ 5. v. i. וְאַתָּה בֵּית-לְחֶם אֶפְרַתָּה צֶיֶר לִיהוָה יוֹת

בְּהַר יְהוּדָה LXX. καὶ σὺ Βηθλεὲμ οὐκ ἔφερα, ὀλιγοσὸς ἐ-  
 τῶν εἶπε ἐν χιλιάσιν Ἰούδα Munsterus: Et Tu Bethlebem Ephrata  
 parva (licet) sis in millibus Judæ. Vulgatus Et Tu Bethlebem E-  
 phrata, parvulus es in millibus Juda. B. Lutherus, Und du Beth-  
 lehem Ephrata/ die du klein bist unter den tausenden in Juda. Si ac-  
 centus Ebraici attendantur talis erit sensus: Et tu | Bethlehem  
 Ephrata || parva | | ad essendum | in millibus Juda ||| &  
 h. m. commodè satis locum habere posset interrogatio, quæ ne-  
 gationi æquipollet h. m. Et Tu Bethlehem Ephrata | num  
 parva, parva inquam? || sis? | in millibus Juda ||| Hic textus  
 si cum Matthæi cap. 2. 6. comparetur magnam parit difficulta-  
 tem, quia Matthæus Michææ contrariari videtur. Apud Mat-  
 thæum verba ita occurrunt: Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, ἐλαχίστη  
 ἐλαχίστη ἐστὶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα: Syrus Interpres ita habet:

וְאַתָּה בֵּית-לְחֶם אֶפְרַתָּה צֶיֶר לִיהוָה יוֹת  
 וְאַתָּה בֵּית-לְחֶם אֶפְרַתָּה צֶיֶר לִיהוָה יוֹת

Arabs

وَاَنْتَ بَيْتُ لَحْمٍ اَرْضِي يَهُودٍ بِصَغِيرَةٍ هِيَ صَلَوٰكُ يَهُودٍ  
 Arabis Erpenii  
 لِي تُو لِبَيْتِ لَحْمٍ نَرْصِبُنْ خَوْلِرْدَرِ بِلَارِ شَاهَانِ يَهُودٍ  
 Persicus Welochi  
*Vulgatus. Et Tu Bethlehem Juda, nequaquam es minimam in Principibus Juda.* B. Lutherus, Und du Bethlehem im Jüdischen Lande bist mit nichten die kleinste unter den Fürsten Juda. Michæas affirmare Bethlehem esse minimam, Matthæus vicissim negare videtur. In hujus conciliatione varii variè desudarunt Interpretes 1.) sunt quidam qui verba cum interrogatione capienda censent, Interrogatio autem affirmativè concepta, negationem simplicem significare solet annuente B. Glassio Philolog. S. lib. III. tract. 5. p. 724. Hoc equidem verum est, quod nonnunquam interrogativum omittatur, ubi tamen sensus interrogationis est, & tunc intelligitur interrogatio per qualitatem membrorum oppositorum, cui statim subjungitur responsio, quæ tamen, cum hic locum non habeat, est quo minus huic sententiæ subscribamus. 2.) Chrysostronus Theophylactus, Lyranus aliique quos citatos vide apud Excell. Pfeiff. Dub. Vexatis p. 756. ita rem exponunt. Micham dicere Bethlehem parvam in se spectatam: Matthæum verò citare verba non ad sonum, sed ad sensum: quia alio respectu vocatur magna, scilicet quod Maria Messiam ibidem enixa est 3.) Eduardus Pokokius in notis ad portam Mosis ita statuit אֶעֱרָאmittere diversas significationes & posse verti pro re natà & magnum & parvum. Hinc sensum apud Michæam hunc esse: Tu Bethlehem magna es & major, quam ut sis in Chiliadibus Judæ. Consentientes habet Hotting. in Smegm. orient. p. 73. & Joh. Frischmuth diff. de Harm. Mich. & Matthæi c. 1. vid. Excell. Pfeiff. dubiis vexat. p. 956. Plures sententias recensere super sedeo & ad sententiam B. Lutheri pergo. Quæ hæc est: vocem אֶעֱרָא adverbialiter esse capiendam, ex quo sensus talis dimanat: Et tu Bethlehem Juda, parum est, quod sis in millibus Juda, h. e. hoc te non adeò reddit illustrem, sed illud quod ex Te Messias sit proditurus. Eamque probat 1.) Philologicè, exponendo vocem אֶעֱרָא accuratè. Quod ad grammaticam inquit, attinet non displicet quod vocabulum אֶעֱרָא exponitur adverbialiter pro parum, ut conveniat sententia cum Evangelista, qui dicit, Neutiquam es minima inter Principes Juda. Erit autem tunc sic reddendus textus: Tu Bethlehem Ephrata parum est, ut sis inter mille-

*nos Judæi.* Exponit ulterius Phrasin istam, cur vocetur in milli-  
 bus Juda, loqui scil. Prophetam Phrasi Mosaica. Sicut enim Ro-  
 mani Centurias habuerunt in quas dividerunt populum. Ita E-  
 braei dividerunt in millenarios vid. Exod. 18. Et hæc sententia  
 est optima, nam si vox **רעץ** nominaliter caperetur tunc nullus  
 prorsus esse sensus: quippe sic vertendum esset. Et Tu Bethle-  
 hem Ephrata parva es, ut sis, vel in comparativo, minor es,  
 quam ut sis in millibus Juda, quod falsum esset, E. necesse est  
 vocem **רעץ** adverbialiter capiendam, plura vide apud Theod.  
 Hackspan. in Notis Theolog. Philolog. ad h. l. p. 11. p. 1001. & seqq.  
 Excell. Pfeiff. Dubiis vexatis p. 958. 2.) Philosophicè ex circum-  
 stantiis temporis confirmatur l. c. *ita habet autem Ebraeus textus  
 antitbesin, si respicias cogitationes captivorum. Norant Hierosolymam  
 jacere vastatam & in cinere. Itaq; nihil habebant, quod sperarent de re-  
 liqua terra. Nam regnum Samariæ jam antea à Gentibus occupatum e-  
 rat & c. Sed Propbeta contra has cogitationes eos consolatur Bethlehem  
 inquit, est ignobilis vicus, si compares ad Ierusalem, & tamen non sinam,  
 ut pereat & c.* Hoc enim solatio debebat esse Judæis, non quod  
 sint è millibus Judæ, sed quod debeat nasci Messias, parùm hoc  
 esse, quod in terra Canaan habituri sint mansionem, sed hoc esse  
 maximum, quod ibi venturus sit Salvator Mundi. 3.) Theologi-  
 cè confirmat sententiam deducendo ex eâ Porismata, quod  
 quemadmodum Messias in humili loco scil. Bethlehem natus  
 sit; sic quoque Ecclesiam ut sponsam Christi non magnos titu-  
 los, non opes, non dignitates amplas tenere, sed potius contem-  
 ptam pauperem scandalis & cruce oppressam esse & c. Conse-  
 quentia itaque hæc est: Quemadmodum parum erat Bethlehe-  
 mitis eos esse in millibus Judæ, sed hoc erat præcipuum, quod  
 Messias apud eos nascendus erat: sic quoque parum, vel nihil  
 Ecclesia, gloriæ hujus mundi habet, ejus enim gloria est, quod  
 Caput & Sponsus ipsius sit Christus. Quod si quis objiciat B.  
 Lutherum aliam fovere sententiam in Versione, quam in Com-  
 ment. ad hoc ipse Lutherus ita respondet: *Sed neq; hoc ineptum  
 est, si רעץ accipias adjectivè, Non enim violatur Evangelistæ autoritas,  
 qui septuaginta translationem, non Ebraicum textum sequi voluit. Sicut  
 quoq; cæteri Apostoli faciunt, certo suo consilio per totum fere Novum  
 Testamentum. Vides itaq; B. Lutheri sententiam, quam præ se  
 fert Versio Germanica tolerabilem esse, salva autoritate Evan-  
 gelistæ Matthæi.*

Locus

¶ Locus V. qui in specie vindicat Versionem B. Lutheri, extat 2.

Reg. 5. 18 לְדַבֵּר הַזֶּה יִסְלַח יְהוָה לְעַבְדְּךָ בְּכֹחַ אֲדֹנָי בֵּית־רִמְמוֹן

לְהַשְׁתַּחֲוֹת שִׁמְחָה וְהוּא נִשְׁעַן עַל־יָדָי וְהַשְׁתַּחֲוִיתִי בֵּית־רִמְמוֹן

בְּהַשְׁתַּחֲוִיתִי בֵּית־רִמְמוֹן יִסְלַח־נָא יְהוָה לְעַבְדְּךָ בְּדַבֵּר הַזֶּה:

LXX. Καὶ ἰλάσθαι Κύριε τῷ δέλω σε ἐν τῷ ἱερωτέρῳ πῖν Κύριε μὲν εἰς οἶκον Ρεμμαὶ προσκυνῶσιν ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ἐπιναπαύσεται ἐπὶ τῆς χειρὸς μου, καὶ προσκυνήσω ἐν οἴκῳ Ρεμμαὶ καὶ ἰλάσεται

δὴ Κύριε τῷ δέλω σε ἐν τῷ λεγῶ τὰτω. Munsterus. In hac tamen re propitiatur Dominus servo tuo, ut cum ingressus fuerit Dominus meus (Rex) templum Rimmon, & adoraverit ibi, innixusq; fuerit super manum meam, & ego quoque adoravero in domo Rimmon, cum inquam adoravero in domo Rimmon propitius sit Dominus servo tuo ob hanc rem. Vulgatus: Hoc autem solum est, de quo deprecaberis Dominum pro servo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Rimmon ut adoret: & illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Rimmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Lutherus: Daß der Herr deinen Knecht darinne wolle gnädig seyn/ wo ich anbete im Hause Rimmon/ wenn mein Herr im Hauß Rimmon gehet / daselbst anzubeten / und er sich an meine Hand lehnet.

B. Lutheri versio priora verba non repetit in fine, quæ in textu authenticò per Epanalepsin repetuntur, interim tamen versio ejus salva manet, quia nihil desideratur, cum verba ipsa ab initio extent, de quo tamen nulla est controversia; sed hoc maximè controversum est, utrum ista verba rectè reddiderit B. vir *Wo ich anbete im Hause Rimmon*/ quæ, ut alii volunt potius vertenda erant. *Wo ich angebetet habe*/ ut ità Naaman petat remissionem peccati antea patrati, non verò permissionem rei alicujus ad huc futuræ. Interpretes quot quot hic addidimus ad unum omnes retinent futurum cum B. Luthero. In vulgato simul observabis ultima verba minus rectè translata esse, *adorante eo in eodem loco*, ac si verba agerent de Rege, non de Naamane, quæ tamen in textu authenticò ita habent, *& adoravero in domo Rimmon*, sensus itaque est, juxta B. Lutherum & eos, qui eum sequuntur, Naamanem petiisse permissionem ingrediendi cum Rege in templum Rimmon & incurvationem politicam; quia, quoties Rex humeris ipsius innixus sese coram ido-

lo incurvaverat, toties ipse Naaman sese incurvare opus habe-  
bat. Verba B. Lutheri de hoc ipso loco extant Tom. 6. Germ.  
in Tract. Von der Winkel-Meß und Pfaffen-Weyh p. 87. Ein Christ  
mag wohl von der Meß bleiben/ muß er aber diensts halber dabey seyn/  
so lasse er den Pfaffen machen/ und dencke er dieweil an seinen HERRN  
Christum im Himmel/ und spreche seinen Glauben oder Psalmen gleich  
wie Naaman 2. Reg. V. bey seinem Könige in der Kirchen stand / und  
ließ die Priester ihren Ab-Gott opffern / und dienen / Er aber war die  
weil mit seinen Gedancken bey dem rechten Gott zu Jerusalem Tom.  
7. lat. Witt. fol. 232. Verbum anbeten quod in versione occurrit  
in sensu latiori capitur, pro cultu civili, vel pro incurvatione  
interna, non verò adoratione Idoli religiosa, hoc sensu occur-  
rit variis in locis v. g. 2. Sam. 14. v. 4. Und da das Weib von Theoa  
mit dem Könige reden wolt/ fiel sie auff ihr Antlitz zu Erden / und betet  
an 1. Reg. 1. v. 25. cap. 2. v. 19. &c. idem enim ipsa radix אָנָה signi-  
ficat, quæ l. c. etiam occurrit. Et quamvis in textu extet præ-  
teritum אָנָה אָנָה אָנָה habet tamen significationem futuri, quia  
adest ׀ conversivum præteriti, quod ex significatione præteriti  
facit significationem futuri. Huic tamen obstare videtur (quod  
& illi, qui contrariam defendunt sententiam objiciunt) quod  
accentus non retrahatur aut potius ad ultimam rejiciatur, quod  
aliàs fieri solet. Resp. ׀ conversivum Præteriti tunc demum ac-  
centum rejicit ad ultimam, si sequens vox non sit penacuta, vel  
Monosyllabica, ne tonus ità immediatè sese contingat, cum ita-  
quæ hic sequatur vox Monosyllabica אָנָה accentus ad ultimam  
rejici nequit. Alii ità respondent: In verbis אָנָה non fieri mu-  
tationem accentus, idque locis parallelis probant, videl. Gen. 24.  
8. Malach. 2. 8. Jes. 17. Deut. 4. 9. c. 8. 19. c. 26. 10. c. 30. 17. & 1. Sam.  
15. 30. vid. Hackspan. in Notis Theol. Philolog. P. 1. p. 738. Was-  
muth in Ebraismo Restit. p. 32. Hackspan. aliam ad huc, quam  
longè præstantiorem putat, rationem addit, scil. gerundia,  
quando construuntur cum futurò, conditiones quasdam futu-  
rum spectantes poni in medio, sive sint præterita sine ׀ conver-  
sivo, sive etiam cum ׀ conversivo, atque tunc ׀ sumi pro condi-  
tionali אָנָה, loca, quibus id probat parallela exhibet Gen. 8. v. 20.  
21. Jud. 6. 26. Deut. 14. 3. Malach. 1. v. ult. 1. Reg. 8. 33. 34. ex quibus  
concludit ׀ habere significationem particulæ Conditionalis  
אָנָה si, quomodo optimè reddidit B. Lutherus: Wo ich anbete /  
ac



ac proinde nihil obstat, siue accentus iste loco suo moveatur si-  
ve minus, quia eo casu ꝛ idem significat, ac si, & ita non agitur  
de re præterita, sed futura. Verba ultima maximè urgere so-  
lent, quia Propheta ad Naamanen dicit: Vade in pace, quibus  
ipsi remissionem peccatorum annunciat. R. tamen, verba hæc  
sunt formula valedictoria, & bene precatoria, quando alicui  
abeunti omnia prospera precamur, adeoque nullam remissio-  
nem peccatorum in sese continent, Excell. Pfeiff. in dubiis ve-  
xatis ad h. l. ita respondet: tunc demum ista verba esse absoluto-  
ria, si præcesserit seria peccatorum confessio, hic autem ubi de  
re futura agit non est culpæ deprecatio, sed est petitio permis-  
sionis peccati futuri. Petit Naaman ut pro eo oret Deum Eli-  
sæus, quemadmodum Ben Melech in Michal Jophi exponit, quo  
propitius ipsi sit, nec imputetur hoc ipsi (quod citra intentio-  
nem suam in curvet sese coram Idolo, Rege incurvante, qui  
dextra ejus innitebatur: Precatur Naaman, non tam ut Deus  
hoc ipsi condonaret, sed ut æqui consuleret, annot. Grot. ad  
Luc. IV. Nam Radix  $\text{רָחַם}$  hunc sensum sæpe admittit sic Num.  
30. 6. *Deus ipsi propitius erit*, id est eam pro innocente habebit; a-  
gitur quippe de voto puellæ, quæ non est sui juris, cujus vo-  
tum si à Parente fuerit impeditum, tamen Deus hoc non sit im-  
putaturus, sed propitius nihilominus erit, quia ita innocens  
est. Variis quæ hanc sententiam premunt, difficultatibus re-  
motis ad probationes ejus pergimus, quæ 1.) sunt Philologicæ,  
exposuimus enim hæctenus quid significet Radix  $\text{רָחַם}$  cur ac-  
centus non transferatur, & significationem esse futuram non  
præteritam, atque sic singula verba textus authentici à B. Lu-  
thero rectè translata, & immerito ejus versionem ab aliis rejici  
2.) Philosophicæ rationes attendunt collationem Antecedentium  
& Consequentium, quæ ita habet: Syrus Naaman expo-  
suit Prophetæ, se esse primarium Aulae Regis Syriaci ministrum,  
nec statim deserere posse suum officium, flagitare proinde offi-  
cii hujus necessitatem, ut cum Rege Idololatra in fanum abi-  
ret. & quia Rex dextrâ ejus ex more gentis inniteretur, fieri non  
posse, quin sese incurvet, quotiescunque Rex sese coram Ido-  
lo suo in curvet, non quidem adorandi animo, sed Regi in-  
serviendo. Non deprecabatur Idololatriam præteritam, ita e-  
nim haud opus fuisset, injicere mentionem Regis sui, id enim  
antea

19 50 54 17  
antea non fecerat ex officio tantum, sed animo destinato, quia  
erat Idololatra, nec alium cultum noverat, imò sapius extra of-  
ficium suum, Idolo sese incurvaverat. Accedit & cohærentia  
cum Antecedentibus (procul dubio) accuratior, quia sic quasi  
concludit. Factus nunc Profelytus, proscripto omni cultu  
Idololatræ, nihil ulterius commercii mihi erit cum cultu pro-  
fano, si modo id excipiatur, quod officium meum Politicum  
concernit, ex quò necesse habeo cum Rege in fanum Rimmon  
abire: quapropter quæso ores Deum pro servo tuo, ut mihi sit  
propitius. 3.) Theologicas rationes vide apud autores citatos  
ut & B. Calovium in Bibl. Illustr. Nos hic filum abrumpimus, ea-  
que Theologis dijudicanda relinquimus, sufficiat nobis Philo-  
logice & Philosophicè demonstrasse salvam esse B. Megalandri  
versionem.

Plura addere vetant, angusti dissertationis limites, sufficiat, me  
hic demonstrasse, quò animò affectus sim in Versionem & Commen-  
tarios B. Lutheri, & quâ veneratione singula ejus monumenta prose-  
quar. Et quamvis in Dissertatione de Necessitate accentuationis E-  
braicæ, unum alterumve exemplum juxta tenorem accentuum expo-  
suerim, hoc tamen non eò feci animi, ut Versionem B. Lutheri corri-  
gerem, vel etiam repudiarem, id unice intendi, ostendere quasnam  
suppetias Interpretationi S. ferat accentuatio, & quomodo verba jux-  
ta tenorem accentuum cohæreant, quæ forsàn in ipsâ vernaculâ no-  
strâ non satis venustè sonarent. Idcirco, quia B. Lutherus, in eò to-  
tus fuit, ut ab omnibus etiam Laicis & Idiotis intelligi possit; à verbis  
recedere sapius cogebatur, salvo Scripturæ authenticæ sensu, quò iis,  
qui lacte nutriendi erant, inserviret. Quapropter doleò, dissertatio-  
nem meam de Necessitate Accentuationis Ebraicæ à DN. M. AU-  
GUSTO HERMANN Francken/L. O. Prof. Hal. & Pastore in Glau-  
cha, eum in finem citatam esse, ut publicum extaret testimonium, &  
hic Wittenbergæ corrigi Versionem B. Lutheri, qui tamen animus  
nec mihi, nec alii cuiquam hic unquam fuit. Est itaque quod precibus  
contendam, ne ulterius labores meos, si qui futuri sunt, in suas partes  
trahat, quia id quod ipse intendit, non intendo, mei est versio-  
nem B. Lutheri cum textu authentico quidem conferre, sed non cor-  
rigere, aut id plebeis ostendere, qui non in lingvâ vernaculâ, sed lati-  
nâ dissertationem conscripsi. Jam nihil ulterius addo quam

*Soli Deo Gloria.*

§. 8. cap. 1. lin. 8. pro 336. lege 316. §. 9. lin. 5. pro 294. lege 394. lin. 9. pro Theologicè  
lege Tropologicè §. 10. lin. ult. pro constat, consistit §. 17. lin. ult. post Excell.  
adde Pfeiff.

quia  
ra of-  
rentia  
quasi  
cultu  
i pro-  
ticum  
nmon  
hi fit  
itatos  
is, ea-  
Philo-  
landri

at, me  
nmen-  
profe-  
nis E-  
expo-  
corri-  
rasnam  
ba jux-  
lâ no-  
eò to-  
verbis  
quò iis,  
rtatio-  
1. AU-  
Glau-  
um, &  
animus  
recibus  
s partes  
versio-  
on cor-  
ed lati-  
am

eologicè  
st Excell.

ULB Halle

3

004 965 906



WDA





QK. 190  
Qk. 190

B. L.  
O

DISSER

M. NIC  
Fa

GOT

Ad die

Prælo

K. 190. Q.

709.

Vg  
5688

US  
N.

GICA

CIO,

PPIO,

XCV.

. Typ.

430.

